& ipsa glorificabat dnm. Iterum iussit adduci cypri
anum comis. & uidens eum tacentem dixit. Cypri
ane induruisti. Dixit ei cyprianus. Infelix. tuum in
durtum est cor cum sis apostata a do. In regnum eius
utinam merear dignus factus. Comes uero iussit tor
tores cessare. & cyprianum de aculeo deponi. & in
carcerem mitti. scam uero iustinam in domo cuius
dam matrone nomine terentine iussit esse. Inges
sa uero iustina. inluminata est domus illa gratia
dni. Post paucos autem dies. iussit comis adduci
eos. Tunc dicit cypriano. Ut quid seducimini in
magicis cuiusdam hominis xpi quem iudei occide
runt. Dicit illi cyprianus. Diligentibus dnm haec
mors non est. quia ipsa inducit in uitam aeternam.
Comis autem iussit fieri sartaginem ferream. &
cum facta fuisset. praecepit in eam mitti picem ad
ipem. & ceram. & succendi uehementer. & iussit
mitti in eam scm cyprianum & uirginem iustinā.
Misso autem cypriano. non eum tetigit ignis. Sca
uero iustina cum uenisset prope sartaginem
[illegible] inmisit ei timorem diabolus & timebat
intrare. Dicit illi scs cyprianus. Ueni agna xpi. ueni
mecum. Tu mihi portas caeli aperuisti. & ostendis
ti mihi uiam xpi. noli uinci quae demones uicisti.
& eorum principem pro nihilo habuisti. Non te sedu
cat satanas. ueni xpi famula. confide in signo sal
uatoris. per quem mihi salutem dedisti. Uirgo
autem iustina signans frontem suam. ingredit
sartaginem. & facta est in omni refrigerio uelut
super ros hermon. Scs uero cyprianus coepit lau
dare & dicere. Gloria in excelsis do & in terra pax
hominibus bone uoluntatis. Gloria tibi xpe qui pro
nobis passus es. & per tuam mortem nostrā mor
tem exterminasti. & per resurrectionem tuam.
omnes nos resuscitasti. Gratias tibi agimus ds patrū
nostrorum suscipe sacrificium nostrum in odorem
suauitatis. Audiens haec comes quia non eos teti
git ignis. dixit. Uicit magica ars cypriani. Atha
nasius [illegible] quidam assessor qui fuerat & sacerdos
idolorum postulauit comitem dicens. Iubeat clari
tas tua me stare super sartaginem in nomine deorū.
& uincam uirtutem xpianorum. Comes uero dedit
ei quod petiit. Cum uenisset prope sartaginem.
coepit dicere. Magnus es deus hercules & pater
deorum iouis & asclepius. qui donauit sanitatem ho
minibus. Haec eo dicente. exiuit ignis de sarta
gine & deuorauit eum. ut nec ossa eius parerent.
Beatus autem cyprianus & sca uirgo iustina.
glorificabant dnm dnm nostrum ihm xpm dicentes.
Magnus dns & laudabilis nimis. & sapientiae eius
non est finis. Audiens haec comes dixit. Forte
inuicta est uirtus xpi. nihil mihi pertinet nisi
de sacerdote deorum. quia consumpsit eum ignis.
Uocans terentinum cognatum suum. dixit ei.
Da consilium quid faciemus de condemnatis istis.
Dicit ei terentinus. Nihil tibi sit comes aduersus
scos hos. Noli contradicere ueritati. non uincun
tur xpiani. quia inuicta est uirtus xpi. Audi me
& proice a te magnum periculum. Transmitte
eos ad regem. referens omnia quae de his sunt
acta. Comes uero retulit dicens. Claudio caesa
ri magno terrae & maris domino secundum
dispositionem splendidissimi regni tui. ego eutol
mius susceptus tue pietatis. conprehenso cypri
ano doctore xpianorum cum iustina quadam
uirgine quos etiam multis tormentis cruciaui.
& non consenserunt sacrificare diis. Hos trans
misi ad tuam pietatem. ut secundum quod uelit
uestra sententia in illis iudicent. Rex uero le
git scripta quod multas sustinuerint poenas.
& quia liberati sunt a cruciatibus. & dedit senten
tiam aduersus eos dicens. Transmittantur in ni
comediam ciuitatem. cyprianum uero antiochen
sem & uirginem iustinam qui elegerunt uanam
heresem xpianorum. & elegerunt magis mortem
quam uitam. hos iubeo tradi puniendos. [...]cti
sunt ad fluuium qui uocatur gallus. ut decolla
rentur. Orauit uero scs cyprianus. procumbens

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0255